labore p̄didicit, & paulatim instruxit diuina religione, quos potuit: Rebus miserante Deo prosperatis, basilicā erexit: Inde etiā quia a Letuanis effera gente fiebat incursions, presidiū firmauere in loco, quem hodie uocant Kerkholm. Arx precipua ordinis ad ripā Dunę fluminis, duob⁹ milibus supra Rigā hodie florentē metropolim terre: Consecratus inde ab archiepiscopo Bremensi in eam prouinciā Liuoniēsis episcopus, idē Meynardus, rem auxit ecclesiasticā. & multis ad Christū per sua tempora conuersis, fundamēta iecit bona superedificandē religioni. Cunq; ille in pace Christi quiesceret, Bertoldus quidā Cisterciēsiū abbas, illi in opere pietas, & episcopatu, successit: Lucensem dixere annales cōuentū unde uenerat. Is cum peregrinis, qui pro Christo se deuouerāt, in terrā illam enauigauit, & rebus intētus augendis, cum predecessoris grādem operā mira retur: in procurrētes fidei hostes, una cum peregrinis, qui deuotionis gratia, ad militiā cōuenerāt, pugnare cōstituit, scq; armauit in perfidos: Cum ad pugnā uentū esset, equo infreni proiectus in medios barbaros, cōfuditur, sanguineq; suo terrā cōsecreauit. Interim adaucta multorū fidelium deuotione, multi se spontaneos in sacrā aduersus Christi hostes militiam deuouerūt: nouoq; religiōis habitu adinuēto, se Gladiferos fratres appellauere: Duo post inuicē eius professionis fuere magistri. Sed cum rebus satisfacere non posse uiderēt, succrescerētq; hostes foris & int̄, se magno Teutonicorū ordini per Prussiā cōiunixerūt: ut illorū coeptū uirib⁹ & tueretur, & augeretur, quo res illis prospere cessit.

XI.

Nterim Albertus tertii Liuoniēsis episcop⁹, Bremēsis canonici⁹, genere natus militari, & a suo archiepiscopo in Liuoniā cōsecratus p̄tifex, peregrinis undecūq; accersitis, alacris nauigat in terram: propicio Deo, rem dudū a predecessoribus inchoatam adauerturus: perfecitq; diligētia singulari: ut summus pontifex cruciatā, immo plenariā, in militiā Liuonię faceret indulgentiam p̄dicari. Qua ex re, duces, comites, pontifices, milites, & sine numero militares, mercatores, & omnis generis populus uoluntarius, in sacrā se accinxit peregrinationē. Seruauit, hunc morē Albertus episcopus Liuoniēsis memoratus: ut qui per annum militassent, iam anno ad finē decurrēte, rediret in sua: & ceteris interim ad p̄dicationē crucis cōcurrentibus, nouā terrę manū inuexit; id cōtinuatū per annos triginta, quib⁹ ille p̄fuit, rem Christianā in ea prouincia adauxit uehemēter. Interim ille primus cinxit muro Rigā ciuitatē, & ecclesiā inibi erexit. Fratres autē Gladiferi noui ordinis, ut dixim⁹, qui iam duobus post inuicē suberāt magistris, cum uiderēt rem factu difficile, per suam militiā defendere terram: inito cōcilio, se permittunt fratribus ordinis Teutonicorū, iam in Prussia cōmorātibus; qui acceptā terram, impositis p̄ceptoribus, defendūt, & amplificant, usq; in hodiernum. Sed hec post tempora Alberti. Rex quoq; Danie Waldemarus, eius nominis, II., a mari Estonia impugnauit, & progressus in terrā retroegit hostes: Reua liāq; exēdificauit: inuētum ibi populum iussit baptisari, & in prouinciam duxit suę gentis sacerdotes: Vnde factū est, ut Reualiēsis ecclesia, usq; in

Arx kerck  
holm.

Bertold⁹ suc  
cessit ī ep̄atu  
Meynardo.

Eps Bertol  
dus cōfodit

Gladiferi sub  
mittūt se or  
dini.

Albert⁹ tertii  
us eps in Li  
uonia.

Plenaria in  
dulgentia.

Albert⁹ per  
xxx. annos  
p̄fuit.

Waldemar⁹  
rex ī Estonia

## LIBRI VI. CA. XVI. ET XVII.

diurna, ac grauis incubuit, que dum classem remoratur, Iutē pro sua cōsuetudine primi tumultuātur, clamātes, soluēdū procinctū, q̄ cōmeatib⁹ deficiāt, q̄ coeli, & aeris, inequalitate ire prohibeātur. Inualeſcēte clamore, Absolō Kanuto loquutus, suadet, ut quod futurū est sine iplis, ipsi p̄ueniētes permittāt, dilapsurā sua sponte classem. Permissa abeundi uenia soluūt, ne, quod diuo cōtigit regi Kanuto, p̄œnā cōtumacię exigenſ, grauiores cōcit̄ motus. Iam dilabi incipiētibus, cōcione contracta, abeundi potestas permittit. Absolō cum regio filio regē petit, qui exinde non diu permanēs in rebus humanis, pacem reddidit Wādalīs per aliquot annos: Nam Kanutus, qui patri successit in regnū, dum pacādis domesticis reb⁹ intēdit, externis uacare non potuit. Principiū aut̄ cōmotionis Wādalor⁹ erat a Cēsare. Nam Buggislaū Pomeranię duce, iampridē defuncto fratri succedētem, cōmonefacit, ut bellū in Daniā luscitet. Ille cum placere cu peret Imperatori, & tñ regis se uiribus cerneret imparē, Jarimaruū propinquiū suum, Rugie p̄sestū, iam Danis parentē, prelio laceſſit. Ille regi Danor⁹, cui suberat rem defert, Rex ad Buggislaū mittit oratores, scrutatūros, quid illi sit cause in Jarimaruū. Multa ille cōmemorat ab alto nectens causas: Cōuenit inter eos, ut ad certū diem missis utrinq̄ oratoribus, per regios cōſiliarios causa diſcutiaſ: & si fieri potest, etiā ſopiatur. XVII.

Pud insulam Samſam cōuenit: Ibi multis ultro, citroq̄, dictis a dies dicitur, nihil tñ agitur. Nam Buggislaus, ex ſentētia Cēſaris, non pacem queſiuit, ſed bellū. Erat aut̄ consilium Cēſaris: ut qm̄ Kanutus rex, nullis cōditionibus pellici potuit, ut Romanū Imperiū ſupra ſe agnosceret, quomodo pater eius feciſſe dicereſ, mot⁹ illi excitaret in Dania, quo facilius intestino, & extero bello laboratē, Imperator adoriretur, iugum illi imponēs. Pollicētur aut̄ nnc Buggislaū oratores, dum ſuum quolibet loco regi placito occurſurū, ut res facile ante bellū ſopiat. Dum iſta gerūtur, uiri militares in Dania ſub Waldemaro expeditiōnib⁹ affueti crebrioribus, pacis tēpora grauius ferre uidebant, uires, niſi prelijs exerceātur queſti dilapsuras. Placuit pyraticā in Eſtones age re, gentē adhuc pro magna parte Christo perfidā, & que affiduis excuſionibus mare tenebat infestū: ut nihil in eam peccatū uideatur, ſi ſuis arti bus impetatur: hoc ſuſtinēs, quod alijs ſolet inferre. Erat enim per id tem pus iam inchoatum in Liuonia predicari euāgeliū, in parte Lettor⁹, & Liuonū. Interea Buggislaus Cēſari uoluntatē perſpicieſ, quingētar⁹ nauiuū classem cōtrahit, inq̄ Rugiā Danis ſubiectam ducit: Cēſari nuncium mit tens, qui doceat, quantis uiribus Daniā petat. Cēſar ducem collaudat, nū ciumq̄ magnifice munerat. Jarimarus Rugie p̄fector, miſſo in Daniā nuncio celeri, Absoloni oſtēdit, quo in ſtatū res ſint, tāto apparatu a Buggislaū impugnat. Ille ocius epiftolas circūferri iubet, omniē iuuentutē in armo uocat: adeffe quod pridē poſtulauerāt, optimā gerēdarū bello rerū occiſiōnē, breui illis cōueniendū edixit. Quatuordecim naues in Scania perarmate uenerāt, quatuor ſole ex Fonia, reliquas uires ex ſua traxit Ze landia. Tam insignis pauſitas hostium multitudini comparata, contemni

Iutē tumoſ  
cuarisolutioPax datur  
Wandalis.Cēſar ſollici  
tat Pomera  
nū i DanosBuggislaus  
bellū queſi  
uit.Milites gra  
uiter ferunt  
pacem.Classis D.  
nauium.Danor⁹ ſu  
uent⁹ uoca  
tur ad armo

# LIBRI VI. CA. XVII. ET XVIII.

103

poterat. Rex, q̄ lōgius abesset in Iutia, tardius excoepit nūciū: Itaq̄ ad diem uenire non potuit. Absolō, cum ea, quam cōtraxit manu, nauigationē iniſt. Eodē die in insulā Hithim pueniens, ibi Rugianorē speculatoriā nauim habuit obuiā monentē: ut ibi cōsisteret, donec cōpertū habereſ qua parte inuaderet hostis. Ea de re certior futurus ab Rugianis. XVIII.

Hithim insula.

Buggislaus  
crapulosus.

Strela insula

Sub tenebris  
periculum.

Alacritas in  
prælium.

Classis Po-  
merana.

Classis in lo-  
ca oportuna

Vggislaus per mediā belli tempestatē: qd de eo Danicus tradit  
b scriptor, crapulæ indulserat: ut non bellū sed diem festū cōuiuio  
agere uidereſ. Ea res Danis nunciata, & si pauci numero uidereſ  
tur, certā tñ uictorie spem presumpserūt, q̄ aduersus ebrios illis esset cer-  
tamē ineundū. Egressi speculatores, nunciant hostem ex aduerso Strelę  
insulę copias in terram exponere. Nihil cunctatus Absolon, appetēt etiā  
crepusculo, scapha terram petit, iubetq̄ conuenire nauī suarū prefectos:  
quibus contractis, edocet quid moliatur: noctu, an interdiu, classem mo-  
uere, ducereq̄ in hostem, sit melius, cōsultat. V̄sum est ex re lucē preſto-  
lari, q̄ incerta uada ignaros fallat, facileq̄ sub tenebris incidat periculū:  
Iubet tamē quēq̄ suos milites de immēti prælio facere certiores. Dici nō  
potest, quāta accceptū sit alacritate a militibus uerbū de prælio, ingēti cla-  
more pugnam depositū: de uictoria certi, q̄ gentem illam uincere soleant  
Danorū cohortes. Aspirante luce classis loco mouit: Asolonis nauis pro-  
pondere altius arenis inhēſit. Tanta fuit alacritas euntū in præliū, ut etiā  
ducem expectare uix paterent. Laudabat feruorem Absolon, & q̄ primū  
potuit, expeditus sequitur, tāto remigū sudore: ut etiam primos suorē de-  
prehenderet. Occurrūt Rugiani nuncij, nihil festinandū nūciantes, q̄ ho-  
stis adhuc pristinis inhērat sedibus: Declinat Danica classis in uicinum  
portum: Ibi larimarū deuocans in colloquiū, quod nūcij preferebat. Sed  
non erat in medio longa mora, cum alijs superuenientes nuncij Rugianorē,  
hostem abire ferebant, decoerti nebula, que interuenit. Dum interſe con-  
sultant Dani, quo sit factō opus, uenit festinus a Larimaro nūcius, classem  
Pomeranam adnauigare, iamq̄ tam esse uicinam, ut si per nebulam liceat  
conficiatur. Absolon iam in terram expositus, diuina peragere cōſtituit,  
in ara mysteria: sed accēpto nūcio celer in naues rediſt, de crōre hostiū  
deo sacrificatur: Et cū rareſceret nebula, Dani a Wādalī uisi, crediti sunt  
esse subsidiaria ab amīcis Wandaliſ classis. Tanta fuit a Danis in animo  
illis securitas: ut nihil minus, q̄ illos crederent adesse, & inter hostes, ami-  
cosq̄ parum per indiligentiā disreuerunt. Iubet Absolon expediri arma,  
classemq̄ suam partitur in oportuna loca: ut ſpacium ſit, ad ineundam pu-  
gnam. Buggislaus iam prēter Rugianorū littora nauigabat, ludificandi  
equitatus gratia, qui littora aſſeruabat. Vbi uidet aduersam classem pa-  
rare pugnā, arbitratus eſſe Rugianā, iubet cētumquinquaginta naues ex-  
ſuis accingi in hostes: onerari aſq̄ naues defensorib⁹ uacuas, uelut in præ-  
ſidio locat, lignorē extantiū ſpeciē prētēdere uolēs militū frequentiā. Eam  
in partē respiciens Zuno interpretat Teutonū eſſe auxilia, que Wandaliſ  
accessiſſent: monetq̄ Absolonē, cauti⁹ rem gerere, q̄ ſe Teutonū arma prē-  
uideat excēpturū: Ille nihil moratus in hostem ducit. XVIII.

LIBRI VI. CA. XIII. ET XIII.

rum coniugio. Interim Cæsar's filij adolescentiores pueri, regiā in nauim perducunt: speculandi gratia introducti: & puerilibus iam lusibus, futurę familiaritatis initia preludūt. Rogat rex quid dotis nomine, filij deposcatur. Cæsar maiori, XXX. millia talentorū: minori, VIII. millia, dotis nomine cōstitui, equū cēset. Rex maiore summā suis ærarijs iniquā: minorem regis Vngarorū, arctissima sibi familiaritate deuincti fretū, posse cōfere respondit. Cæsar non se pecuniā, sed affinitatē imprimis requirete, testatur: & ideo in summā minorē facile cōsensit. Spondet uterq; & ut indissolubile uinculū permaneat, etiā sacramēta inuicē poscūt: & accipiunt. Cæsar in castra, rex in naues, regrediuntur.

CA. XIII.

Dos petit  
cū duab<sup>o</sup> fili  
ab<sup>o</sup> regis p  
filij Cæsaris

Principes Pomeranie uoc  
atur in ca  
stra Cæsaris

Cæsar adie  
regem.

Principes Pomeranie huc  
duces.

c. duceret suspectā, q; Henrico Leoni iam destituto diu perfamiliares fuissent: misso ad eos nuncio, illos in castra uocauit, insignioris tituli promissione facta: q; principatū suū non satis illustri nomine, pro magnitudine ditionis tenerent honestatum: duces se illos creare pollicet. Illi magnifica Cæsaris promissione mouenit, nescientes, q; sub specie honestioris tituli, ad quādā Romani regni obligationē, si non seruitutē, deuincentur. Dum ergo Cæsar cum rege transigit de rebus futuræ affinitatis, aderat nūcij Kalimiri, & Buggislai principū, illos non longe abesse testati: sed Daniē regis metu, cui sint hostes, accedere non ausos. Imperator cū paucis cymbā concēdit, regē petit: inopinatus faire aduētus eius in regiā nauim. Rex mirat: prefatus, se obuiū prompte uenturū, si nosset: indignā se rem cernere, q; minor a maiore uideat. Cæsar nihil ea re cōmoueri opertore testat: familiaritatis esse iura, inuicē sine discrimine se salutates præuenire. Rex colloquij habēdi gratia primores suorū cōtrahit. Cæsar exponit Henrici Leonis iusto odio, Wādalorū se principes quibusdam pactionibus euocasse: que tñ pollicitationib<sup>o</sup> pridē regi super ea re factis, non obuient: pati rex non grauetur, illos adire pacatos: facta Henrici plena expugnatione, tum se promissioni, quā regi fecerit Bizūtij, operā daturū. Rex comiter respondet. Non esse eam iustā causam, que Cæarem ipsum suis castris extraxerit: etiā per nunciū uel minimū, agi potuisse inter eos: qui iam non solū affines, sed amicissimi habeantur. facile postulatis annuit. Igitur ueniētes in castra Cæsaris principes Pomeranorū: ducali nomine, traditis aquilis, cum bannerio insigniunt: factacq; de homagio fide, in propria revertuntur. Cæsar priusq; rex abiret peregit, ut filia altera Waldemari regis, Sifrido Turingorū principi, cotiunx daretur: celebratis proxime nuptijs in Sleswico urbe, tum non mediocri.

CA. XV.

o. Bsidio durabat ad Lubicam: Cities cum militaribus, cum urges rentur obsidione dura, nec spes superesset ab Hērico Leone, iam rebus destituto, obsidionē posse dissolui: inito concilio, episcopū loci Henricum, cuius de uirtutibus diximus, adierūt: orantes ut legationem subire non grauaretur ad Cæarem, his uerbis: Fidem, Cæsar inuicē, quam debemus principi nostro, ad sanguinem usq; seruare, iustum arbitramur: sacramenta, ut uitam, in precio ducimus: uincī possumus, flecti a

q. iiiij

Lubiceū mie  
tunt epum  
suum legatū  
ad Cæsarem

LIBRI VI. CA. XV. ET XVI.

102

fide non possumus: Si permittis, legationem mittim⁹ ad eum, cui obstrin-  
gimur: eius cognita uoluntate, tibi respondemus: Interea si uel, quod pre-  
camur rei⁹ cis, aut mutata sentētia, cum pendeat legatio quicq⁹ fuerit a tuis  
quos in arma ducis, attentatū, quod uiros decet fortis, fidei uitā impēde-  
mus. Ille non grauatus, munus legationis subi⁹t: & mandata Imperatori  
adeo suauiter peregit, ut libens ille cederet postulatis: permittens legatio-  
nem ad Henricū Leonē, qui tum se Stadis cōtinebat. Tāta deniq⁹ affecti-  
one motus est in episcopū Cæsar, ut illū pro uitæ sanctimonia, quā per fa-  
mā accœperat, proc⁹ singulare eloquētia, diligeret plurimū: Et qm̄ malis  
tum ille febrib⁹ uexabat, suū illi physicū Cæsar pmisit, ut eius opera cura-  
ret. Ciues legatione missa ad dñm suū, reportarūt, illū cedere fortunæ, illi  
se pmittere, & ipsi cedāt tēpori, & necessitatī. Hoc cum accœpissent, egressi  
si primores ad Imperatore, supplices rogarūt, ut ante deditiōne clemēter an-  
nuat pristinis urbis libertatib⁹, & possessiones pmittat, quas de munificē  
tia principis sui haēten⁹ tenuissent. Cæsar non ea modo cōcessit, uerū au-  
xit insignia ciuitati priuilegia; super quibus Imperatoriæ datæ sunt literæ,  
que extāt. Adolph⁹ Holsati⁹ comes iam erat in castris Cæsaris, pulsus pri-  
dem ditione per Hēricum Leonē, quem, ut diximus, in iram prouocauit,  
q⁹ captiuos in Halrefeld non redderet. Huic Imperator medietatē tribu-  
torū toti⁹ ciuitatis de teloneis, molēdinis, trapezeti⁹, in beneficio dedit, ut  
inde militaret Imperio; præsertim quia eadē ciuitas comitis patrē, & dñm  
habebat, & fundatorē. Hic comes eisdē in castris Hāburgēsibus, insignia  
que extāt, priuilegia impetravit, quib⁹ de more firmatis, Imperator sole-  
ni pompa urbē ingredit⁹: magnifice suscepitus a ciuibus, cum hymnis, &  
laudibus, tripludiāte clero, & omni populo. Hec est illa prima Lubicæ ad  
Imperiū suscepitio: que facta est anno Christianæ salutis, MCLXXXII.  
imperante Friderico, I., cuius uiribus & armis cessit. CA. XVI.

Er eadē tempora Wandali arcē quā ad Zueni fluminis erexerāt  
ostia, ne Danis pateret ingressus: quia inundatione, & ui tēpesta-  
tis perierat, geminā pro una instaurare cōnitunt⁹: ut & Zuenus,  
& Panis, uterq⁹ fluuius, ab Danor⁹ incursu seruaret⁹. Iam per brumā com-  
portauere ligna, magnoc⁹ labore insteterunt, ut perficerent⁹: priusq⁹ hostes  
impedituri, possent irrūpere. Ea cum regi nūciaren⁹, cōtractis undiq⁹ na-  
uibus, classem instruit atq⁹ perarmat: in celeritate plurimū cōstituēs: Sed  
iam absolutū opus accœpit, cum ille adhuc in uiridi sinu, classem suā col-  
ligeret: nec min⁹ tñ expeditionē preparat: Sed ingrauescēte iam etate Ab-  
soloni, atq⁹ Kanuto, filio regēdas legiones permisit: Pōtifex Scanjs, atq⁹  
Zelādēsibus, ductorē se futurū spōdet: Iutis nequaq⁹, qui etiā iunioris re-  
gis facile pro solita cōtemnerēt adulescētiā. Qua rex difficulta-  
te perspecta, ipse ductor agminum ire contendit in expeditionem: etiam  
si corporis uiros recusent: Sed ab annis, atq⁹ laboribus accidente mole-  
stia curarum, febris regem apprehēdit. Quo cōspecto, Iutorum primo-  
res ad omnia se beneuolos promptosq⁹ pollicentur: regem orant, sibi par-  
cat, domi sedeat, illos in expeditionē ire sinat. Interim sub Iutia tempestas

Imp. pmittit  
legationē ad  
H. Leonem.

H. Leonis  
uoluit ut ce-  
deretur for-  
tunæ.

Cæsar auxit  
Lubiceñ pri-  
uilegia.

Medietas tri-  
butorū datur  
Comiti.

Imp. ingre-  
dit Lubicā.

Wādali stru-  
unt arces ad  
ostia flumi-  
num.

Rex Danor⁹  
armat classē.

Iutæ cōtem-  
ptores.

Rex febri  
corripitur.

LIBRI VI. CA. XVIII. ET XX.

Vlsere iam signa Danica de malis: Absolonis vexillum uolitare  
 fuisum: quę ut erant hostibꝫ inopinata, ita stupore inięcerat cum  
 formidine. Igitur classis, quę in anchoris quieta stabat, ubi Da-  
 nos adesse cōperit, anchoris sublatis, fugam inīt: Dani institere fugienti-  
 bus: Tanta facta est trepidatio, ut alij desperata fuga, q̄ maioribus nau-  
 ijs ueheretur, in pelagus desiliere; terram pleriqꝫ petentes, per nemora &  
 saltus euadere conati, a Larimaro pro magna parte cedunt: Multi de ma-  
 ioribꝫ in minora nauigia trāsiere, oppletacꝫ multitudine, mersere nauigia.  
 Ex tanta classe quingētarū nauiū, quīncꝫ & triginta salue abierūt: cetero  
 aut in Danorꝫ uenere potestatem, aut mersę mari perierunt: Tantaqꝫ fuit  
 Absolonis auspicijs illa uictoria: ut post eam diem nulla sit Wādalorum  
 classis ausa Daniā infestare: & perinde pyratica gentis illius repressa, &  
 edomita, finē habuit. Cōtemplandarꝫ aut̄ rerū gratia misit Absolon ora-  
 tores ad Buggislaum, cum mādatis coarguēdi eum de perfidia, dec̄p̄ ru-  
 pta cum Danis societate: & hanc quidē legationis speciē p̄tēdentes, reue-  
 ra cōspicere uolebāt, quid tanta clade accepta, hostibus animi esset. Dux  
 summa dissimulatione tegebatur acceptā cladē: eam p̄ se ferēs fiduciam,  
 quasi nihil actum uideretur: sed populi, partim gemit⁹, partim clamorem  
 audit, isqꝫ dum quisqꝫ suos requirebat, prodidit, quid factū esset: tātusqꝫ  
 motus incubuit, ut uīsis legatorꝫ nauibus, nouā in fugam penderēt. Dux  
 tñ gratias haberī iussit pontifici, q̄ boni cōsuleret: facturum se deinceps,  
 quicquid illi uideretur. P̄mittit pōtifex ad regē uictorię tantę nūcium,  
 cum Buggislai tētorio: quod in argumentū magne p̄dē p̄tēdebatur.  
 Wiburgi tum rex agebat: quo loco, contracta concione, iubet exponi ui-  
 storię ordinē; nouamqꝫ ex cōfilio Absolonis uictoris, expeditionē hortā-  
 fieri nūcius: ut priusq̄ se recolligāt hostes de integro opprimant: Alacres  
 omniū animi fuere, classisqꝫ non cōtemnenda decernit: auspicijs Absolo-  
 nis in hostē ducenda. Nihil enim actū arbitratus est, qđiu aliquid super-  
 esset agendū. Ergo, ut qui coepit, perficiat, in hostē ducere decernitur, du-  
 ce Absolone: Rex interim cōponēdis in regno rebus intendit. XX.

Ost ingentē illam uictoriā alacriores Dani, ducūt in Wolgastē-  
 ses: Sed illi iam hoc prospiciētes, Panis amnis fluenta, magnis sa-  
 xis, imperuia fecere: Sed uirtuti nihil inuiū: Ut militibus laborū  
 author esset Absolō, se misit in undas: ut exemplo ceteros, puocaret: Effe-  
 ctumqꝫ breui, ut trāsitus nauigij s pateret. Sed ubi proprius urbi admouēt  
 exercitum, palos sub aquis experti sunt defixos, quibus aditus ad moenia  
 intercluderetur. Qui aut̄ saxa remouerant, palos oblistere non sunt passi:  
 dissilientesqꝫ in aquis pugnauerent. Hostes a moenibus, fortissime missis ia-  
 culis, Danos infestauere: sed corporꝫ agilitate, pro magna parte sunt eui-  
 tata tela. Conspectus in nauī Absolon, urgere pugnātes, cum a mēnibus  
 balistario designaret, insignis clypeo, & signorꝫ luce, animaduersum est a  
 quodā suorū cōmilitonum, illum oculis signari, qui hoc Absoloni insinu-  
 andū putauit: Vides, inquit, here signari te oculis, & diligenter ab iacula-  
 tore catapultario obseruari; Mitte, inquit, illum ut nostri curā habeat; Ita

Wādali fugi-  
unt.

D. naues in  
xxxv. resolu-  
tæ.

Oratores ad  
Buggislaū  
uictum.

Buggislaū tē-  
torū i p̄dā

Dani in Wo-  
gastenses.

Pali sub aq̄s

Absolō des-  
gnatur catap-  
ultario.

# LIBRI VI. CA. XX. ET XXI.

LIBRI

104

inter media pericula, generosus spirit<sup>o</sup>, de capitis sui pnicie ridebat. Visum est Danis, hoc oppugnationis genus infructuosum. Esbernus gradiorē e suis nauē, stappa complet de littore: ac reliqua igni facilī materia: illam a uentis appelli moenib<sup>o</sup> curat: ut incēdio suo, subruat tabulata propugnationū: sed hēsit nauis incēsa, palo defixa, ut innocua cōsumeret. In modico fortunē ludibrio, & hostiū salus, & Danor<sup>z</sup> hērebat uictoria. Buggisla<sup>o</sup> aut̄ cum equitatu aduenit, colloquiū depositens Absolonis: ut interim de pace cōstitueret. Accessit ille in p̄fuentē duobus nauigīs. Rogatus a duce Absolon, ut cōtinente terrā peteret, facilius in tentorio, q̄ nauigio rē agi: credidit pontifex, cum nihil doli suspicaretur. Retentus tamē a suorū quopiā, arbitrante, temerariū uideri, armato se hosti credere: somnijq̄ sui monita adiēcit. Recogitās secum pontifex, remandat duci, equum uideri, ut si colloquium expetat, ueniat minor ad maiore. Adhuc Danis omnia cōstare ad uictoriā, quo rectius illis pareatur.

XXI.

Vx auditō uictoris insolenti uerbo, statim abiit: que res molite d fraudis Danis ingessit suspicionē: ut qui soleret, etiā minores ob causas, Absolonis ratē petere, nunc in tanta patrię clade, & periculo, recusaret. Dani relictā obsidione, terrā uastare aggressi, ponte facto, copias trāspōnūt: sed angustijs loci celeritatē non ferētibus, opidani trāse untes infestauere. Deturbati a sagittarijs, cōtinente petiere, cōuitijs & clamoribus, hostē insequuti. Tanta aut̄ opidanorū mentes pertinacia corripuit: ut relictis mōenibus, tētoria Danor<sup>z</sup>, que paucis colligenda reliquerat, inuaderet. Equites qui a tergo imminebāt, propter fumū non cōspecti, audaciā illis fecere, sed superueniētes, facile dissiparunt turbā siue ordine. Ita in conspectu opidi cēsi ciues, supplicia luerūt cōuitiorū, que exercitiū ingerebant. Osnēses horū casum, ubi audiuerere, suburbia sua immisso igne cōcremauere: ne hostilis uictorię gradus inde fieret. Inde Iulinū petere placuit: Premissus Esbernus, qui Zueni fluminis ostijs insisteret, deiectis propugnaculis, arces subuerteret, aut ad minus oppugnaret: donec Absolon cum copijs superueniret. Adnauigauit ille, & iam de longinquo portę illi patuere. Nam impositi p̄fidio, cum hostē cernerent adnauigare, diffisi munimentis, fugā inierūt. Incensē arces ambe concrematę sunt, fumusq̄ Absoloni de longinquo conspectus, & superueniētes nunciū certam rem denunciauere. Igitur Absolon hac parte laboris a fratre leuatus, uastationi institit finiū Iulinēsium: Itaq̄ opida captu difficultia, & iam cōmeatibus uacua, deserenda Dani putauerūt: post collectas fruges, potius plenas, q̄ nunc uacuas, censuerūt adoriendas. Recoēptui cani iussit Absolon: Vbi egressuri fumantes Zueni arces cōspexere, a fundamētis subuerterunt: lateres adhuc ab incēdio calentes, in profundum iēcere: & hic fuit expeditionis huius exitus.

XXII.

Vtumno domi peracto, rex Kanutus, expeditionē in Wandalos a orientales renouauit, duodecim millib<sup>o</sup> ex Rugia assumptis propugnatoribus, q̄ gnari locorum uideretur. Proxime igitur Tribusanam prouinciam populabūdus aggreditur: Inde ad Circipanēs con-

Nauis incen  
sa h̄asit.

Temerariū  
armato hosti  
se credere.

Dani terrā  
uastant.

Cēduntur  
ciues.

Duæ arces  
cōcremātur.

Canit res  
coepit.

Tribusana  
populātur.

## LIBRI VI. CA. XXII. ET XXIII.

uersus, paludē paterna militia insignē ingressus, urbem Lubuinā petit; sed obsidionī instādū non duxit. Igit̄ ea preterita Demyno propinquat, urbi tam hostiū securis ciuib⁹: ut quasi in media trāquillitate, cōuiuijs, & cho-  
rēis indulgerēt. Mirat⁹ rex tantā populi fiduciā, hērere cōepit; sed muniti-  
nonem cōtemplatus, & q̄ obsidionis apparatum non haberet, prēteriuit.  
Iam in naues agmen cōuertitur: Sparsi ad prædā late, redeunt. Rex ad si-  
gna demorat⁹ accipit nunciū, locupletē uillā animose ab hostib⁹ defendi:  
si accedat auxiliaris manus, posse expugnari. Copiē deerat: iubet tū cum  
dimidia presentiū manu Absolonē ferre suppetias socijs, Ille quo paucita  
tem dissimulet, iubet incedere sparsos, perq̄ nemorosum iter, alios iterum  
se, atq̄ iterū ostētare: nō nullos retro abire, crebriusq̄ adequitare: quo ma-  
gni incremēti speciē faciāt in oculis hostiū: quorū lōge maior multitudo,  
uicta, atq̄ fugata opimā prædā Danis reliquit. Deerant, qui ferrēt: incēsa,  
cremataq̄ est: militib⁹ uehemēter dolētib⁹, q̄ magna militiē premia ignis  
absumeret, cū iam essent in uictorē potestate. Absolō ad regē regreditur,  
propter Lubuinā agmina cōtinētē: factocq̄ a Rugianis pōte, exercitū per  
Lacunā facili labore trāsmisit; Inde in portū se recēpit cum classe, non lō-  
ge a Panī amne: ubi tēpestate diu uexat⁹, cū iam cōmeat⁹ pene deficerēt,  
petenti Buggislao, per legatos rex permisit treugas.

XXIII.

Xactis domi hybernis uerno tempore, expeditionem rex curauit  
e renouare, mouensq̄ in amnē Zuenū, Grotzuinā urbem lacerat,  
prouinciacq̄ despoliat. Ibi Larimarus lītu admonitus, qđ terribi-  
lius insonuit, regē admonuit, hostes adesse. Absolon non ante denūciādū  
hostium instantiā, q̄ oculis cernerētur prefatus, timoris id signum uideri  
uolebat. Tum Larimarus, ancipiē se questus laborare periculo: Siquidē,  
sileat, euentū praeiūsum non prēnūcians, perfidiē: sin admoneat, timoris ar-  
guat. Parū ea prouincia explere potuit præde audios. In Pomeranos du-  
cendū erat, locupletiore ut rebātur regionē; Longinqua militia, & cōmea-  
tuum difficultas, erat prospiciēda: Sed dulcedo præde fecit omniū imme-  
mores. Abeūt, prædanē, omnia uaſtāt. Wādalī se mōenibus cōtinuere. Li-  
bet hoc loco paucis interfari, dum crebras inuicem expeditiones Dani in  
Wandalos, & illi uicissim in Dāniā excursiones fecere, non alterutrius  
partis internectionē quesitam uideo: poterant enim Dani aliquā depugna-  
re: sed abstinuerūt: ne quotidianus illis deesset hostis. Volebāt superesse,  
in quos uires exercecerēt: ne desidētes, ad intestina, & domestica bella per-  
uenirent. Wādalī quoq̄ ea res ludibrio uisa est, qui pacem equis condi-  
tionibus constituere poterant, nec uoluere. Sepe redit in mentem, quod  
apud Helmoldū legitur. Pro ludo ac uoluptate fuisse Wandalis, Dani  
conflictari. Altius erat cōsilium Romani senatoris Scipionis Nasice: qui  
in Romano senatu, dum hoc ageretur, uetus Carthaginē deleri, ne Ro-  
manis ciuib⁹, & militib⁹, deesset emula uirtus: qua exercitiū sese acuerēt.  
Vidit enim quod futurus declarauit exit⁹, Romanos delicijs, & ocio, de-  
fluentes in mutua uulnera conuersos, tam magnum imperium, a patribus  
constitutum, protinus subuersuros.

CA. XXIII.

Demynum  
opidū mun-  
tissimum.Dissimula-  
tur paucitasPræda opis  
ma Danis  
relinquitur.

Fiūt Treuge

Grotzuina  
laceratur.Siles de p̄fis  
dia, admō-  
nēs de timo-  
re notatur.Wādali mo-  
nib⁹ se cōti-  
nent.Wādali no-  
luere pacē.Cōsiliū Sci-  
piōis Nasice

Wādalorū  
intestinum  
malum.

Fratrueles  
plusq; ciuili  
bello dissidet

Burewinus  
capitur.

Rex Daniæ  
arbiter.

Causa ob  
quā titulus.

Pribisla<sup>g</sup> fun  
dator mona  
sterij.

Incursio in  
monasteriū.

Restauratur  
monasteriū.

Rientalis quidē Wandalia, ita Danorū regi cōflictatur. Interim  
o Obotriti & Kissini, multis inter se prelijs, intestino malo labora-  
uere, digladiabantq;. Aberat Hēric⁹ Leo domitor ambar⁹ par-  
tium; iam ab Imperatore pulsus, in Anglia per id tempus exulabat. Erat  
enim post millesimū tertius & octuagesim⁹ annus, cum ea que cōmemo-  
rauimus gererent. Fratrueles duo, Burewinus Pribislai, & Niclot⁹, quē  
nos Nicolaū uocamus, Werzlai, fratru filij, terrā tenebant. Niclot⁹ qui-  
dem eam, quē nunc est Magnopolis, Burewinus ad oriētē magis tenue-  
re ditionē. Ex quibusdā in se rebus, magnis motibus uersi, ciuili, & plusq;  
ciuili bello dissidebat. Acciuerat sibi quisq; fauorē uicinorū principū. Nā  
Nicloto Bernardus tum dux Saxonie studebat, eidēq; Iarimarus faue-  
bat princeps Rugie; Burewinus aut̄ Buggislaū Pomeranie ducē, habuit  
adiutorē. Tenebat enim coniugem, Henrici Leonis filiā naturalē: & pro-  
pterea, cum esset Buggislaus Hērico exulanti amicissimus, partes fouebat  
generi ei⁹ Burewini. Processit ea cōflictatio in magnā partis utriusq; ia-  
cturā. Nam Burewinus, dum Rugiā suis partibus aduersantem nauibus  
uexat, capt⁹ a Iarimaro, mitti⁹ regi Daniæ, cui tum Rugia parebat: Ibiq;  
captus diu detinetur. Niclot⁹ quoq; dum aduersas partes audius q; cau-  
tus insequitur, incidit in manus Buggislaui, ducis Pomeranorum. Sed rex  
Daniæ Kanutus, qui Burewinū tenebat, arbiter factus inter dissidētes, ita  
litē diremit: ut Nicloto Rostockiū cum terra Kissinorū; Burewino uero  
Ilow & Magnopolis (ea est terra Obotritorū), pueniret, & uterq; de ma-  
nu regis terram suam recognosceret: In quā rem dedere obsides uiginti-  
quatuor, inter quos erat Burewini filius: Hec est altera causa, cur Daniæ  
reges titulū sibi desumant, ut se Wādalorū quoq; reges profiteant. Nam  
primā ex Kanuto Obotritorū rege, sub Lothario Imperatore, eius nomi-  
nis nouissimo, accēpere. Ex hoc die Rostockēsis dītio permāsit diuisa,  
a reliqua Magnopoli, usq; dum per mortē nouissimi dñi, quem puerū de  
Rostockio dixere, Magnopolensiū principatui cōsolidaretur. Arcē qui-  
dem Rostockij cum opido, primus Pribislaus, Burewini pater, cōmuni-  
rat: Nunc aut̄ ex regis Danorū partitione, cessit Nicloto. Pribislaus enim  
Burewini pater, primus ciuitatem cum Christianismo in terra firmauit:  
Monasteriū Dobran (quod supra dixim⁹) fundauit: cum Hērico duce in  
terrā sanctā est peregrinatus. Cum aut̄ ex ea reuerteret, puincia sua in bo-  
nū modū cōposita, reb⁹ excessit humanis, ad annū Christi, LXXVIII.  
post millesimū. Quo subtracto, qui ex proceribus fidem Christi nomi-  
neten⁹ coluere, non ex animo, cum metu principis, magis q; timore Dei te-  
neretur, facta incursione, monasteriū Dobran, ferro, ac flammis intusere:  
obuios obtruncuere, rati religionē nouā facile subruui: si caput religionis,  
quod ibi esse interpretabātur subuerteretur. Niclotus Rostockij & ori-  
tal is citra Panim, puincie dñs, collectis armis, occurrit grassatoribus. Sed  
pro multitudine hostiū, agmen eius intercipitur & pene ad internacionē  
cedit, uix ipso dilabēte principe. Burewinus, patris sui plātationē non est  
passus diu manere subuersam; sed magnifice restaurauit monasteriū, locu-

pletauitq; datis p̄dījs plurib;. Subuersores aut̄, quia male potētes erāt, non tam armis q̄ prudētia, & ratione māsuefecit, ut ex animo fidē amplecterētur: que fuit optabilis cūctis uictoria, ut ille uiros, sic ipsi errores superauere: Cunq; monasteriū indies religionie & opib; floresceret, erat uir pastorius, qui sacra die pasche, de manu sacerdotis accōcepto uenerabili sacramēto, cogitauit curiosius, de illo aliquid cōstituere. Nam cum cernebat ab omnib; summa ueneratione haberī, indignū ratus in uentre demittere, asseruauit in ore, & clam egressus ecclesiā, baculū pastoralē, pedum uocant, arripuit, & capite fisso, sacramētū immisit: arbitratus gregem suum prosperari patrocinio rei sacratissime. Vile sunt noctib; ardere cādele quacūq; parte domus cōderet. Sepe locū mutauit, idē puenit. Id diu p̄ter uxorē nouit nemo: Innotuit inde ceteris: puenit ad sacerdotē: inde ad pontificē. Re cōperta, ut gesta fuit, summo honore uenerabile Christi sacramētū deferet in monasteriū: ibiç; diu magno populorū concursu incluere Christi mirabilia: cū de more facta & infecta nūciarētur. XXV.

Optabilis uictoria.

Miracula ob  
pastoris speci  
rū simplicita  
tem.Capitulum  
Lubiceñ ad  
Imp. pro no  
uo epo.Cancellari⁹  
fit ep̄s.Pluralitas  
beneficiorū  
etiam olimDimitit in  
manib; archi  
ep̄i ep̄atum.Hamburgū uo  
cā canonici

Er ea tempora, cum Henricus Lubicēsis antistes, uir per omnia prudens, religiosus & sanctus, ad meliora trāsisset: sepult⁹ in ecclesia sancti Iohānis monasterio fratrū suorū, ubi nunc est monialū cōuentus: tum erat fratrū sancti Benedicti, qui nunc translati Cismariam habitāt: qui locus ex uicinitate maris nomen tenet, Canonici Lubicenses, apud Imperatorē egerūt de successore. Nouella plātatio principū fauore indigebat: Ideo non-audebant canonicā sine Imperatore iam Lubice dño inire electionē: Aditus Imperator dedit illis quendā ex p̄emōstratēsibus p̄positū. Auersati illi, ordinis sui uirū petierūt: Circūspiciēs Imperator, quia indigebat res uiro ciuilib; rebus exercito, propter rei nouitatē: dedit eis Conradū ex aulicis suis proximū scribā: nunc uocat Cācellariū. Elect⁹ ueniens ad ecclesiā suā omnia prudenter ordinauit. Imprimis clerū in uite sanctimoniā redēgit: populū in his, que sua sunt, non est passus aberrare: Clero satisfecit eruditio uiri p̄cipua: laicis cōspicua fuit uite seueritas, & sanctimonia: que utraq; in illo uiro pollebat. Cōsecratiō suā cōsulto diferebat, explorare uolēs, & uires suas in sacro ministerio, & prouēt⁹ ecclesie in sustinēdo onere. Tenebat multas in multis ecclesijs p̄bēdas & dignitates, quas illi cōsecratio mox adēmisset. Reperit aut̄ Adolphū comitem, iam per Imperatorē terre suę redditū, cum illum Henric⁹ Leo eiēcisset, grauius incumbere ecclesię sue: q̄ ad p̄dīa nonnulla olim ecclesię sue debita, non aditū illi permitteret. Et cum nec apud Imperatorē eius rei satis salubre remedī inueniret, deliberatus, adiūt Sifridū Bremēsem archiepiscopū, & in manibus eius reliquit episcopatū suum: rescribens clero, ut de alio cogitarēt pontifice: absoluīt eundē, ab obediētia sibi nuper prestata: siue q̄ loci illum qualitas nō oblectaret: siue q̄ ab Imperatore dño suo maiora quedā prestolaret. Ecclesia ergo Lubicēsis, pastore destituta, cōspexit. Longe aberat Imperator, in Italica expeditione occupatus. Igit̄ Hartwic⁹ Bremēsis archiepiscop⁹, qui Sifrido successerat, in Hamburgū euocauit canonicos Lubicēses, cum illis de electione tractatur⁹: Et cū ue-

# LIBRI VI. CA. XXV. ET XXVI.

Glades trāsi  
tū Albis im-  
pedit.

Elect⁹ recus-  
sat pr̄ humi-  
litate.

Investitura  
de manu  
Imp.

Pr̄sidiū ad  
Trauenam.

Cōtētio sup-  
uectigalib⁹.

Lubiceñ co-  
mīti. CCC.  
marcas.

Roborātur  
īndulta Lu-  
bicenſium.

